



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 25. Epistola Papæ ad S. Avitum Viennensem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sæculum VI. *Epistolas nostras publice recitari curabis, quod si facere timore impediatur, saltem ipsi Clericis suis prælegant, utrum facere velint, optionem habeant. Subscribentium deinde Nomina, & Joannis Metropolitæ ipsorum ad nos afferetis, & nullibi moras trahetis, ne incidatis in Adversariorum insidias.* Epistolæ istæ ad Episcopos Epiri Mense Nov. anno 516. datæ sunt.

## §. XXV.

*Epistola Papæ ad S. Avitum Viennensem.*

*Avit. Ep. to. 4. Conc. p. 1445.* Hormisdas Papa anno superiore 515. ad S. Avitum Episcopum Viennensem dederat Epistolam, ut Conversionem Provinciarum Dardaniæ, Illyrici, & Thraciæ, notam faceret, & adversus Schismaticorum fraudes præmuniret. S. Avitus non ignorabat, Ennodium a Papa in Orientem missum, credebatque, & alteram Legationem illo abiisse. Nec multum aberrabat, quippe Legati accincti jam itineri erant. Ut hujus Legationis eventum disceret, Alexium Presbyterum, & Venantium Diaconum totius Provinciæ Viennensis nomine Romam misit, quia Græci reconciliatos se cum Ecclesia Romana jactabant. Epistola ejus Tertio Kalend. Febr. Agapito Consule,

lule, id est, 30. Jan. anno 517. red- Sæculum VI.  
A. C. 517.  
ta est.

Respondit Papa; semel tantum Le- Ep. 10.  
gatos se misisse, hosque re infecta rediisse,  
quod Græci Pacem sincere non quæ-  
rent. *Ideo nihil litterarum, inquit, ad  
te dedi, quid enim scriberem, videns,  
quod obstinate in errore perseverent.  
Hinc moneo te, & tecum omnes Gallia-  
rum Episcopos, ut constantes in Fide si-  
tis, & vobis a calliditate seductorum  
caveatis. Ut vero sciatis, quæ in illis  
Regionibus Rei Catholicæ facies sit, mul-  
ti in Thracia, quamvis Persecutionem  
patiantur, in nostra Communionem perse-  
verant. Dardania, & vicinum Pano-  
niæ Illyricum, petierunt a nobis, ut E-  
piscopi ordinarentur, & ubi necessarium  
fuit, voluntati eorum satisfacimus. E-  
piscopus Nicopolitanus Epiri Metropoli-  
ta cum suo Concilio nostræ Communioni  
accessit. Secundam Legationem adorna-  
re cogimur, ne quidquam ex parte nostra  
omisisse videamur, sed omnibus liqueat,  
Schismaticis nec umbram justæ excusatio-  
nis superesse. Preces vestras nostris jun-  
gite, ut Res feliciter succedat. Mitte-  
mus ad vos Acta, ex quibus perspicietis,  
quo pacto Nicopolitani, & Dardani ad  
concordiam reversi fuerint. Hæc Epi-  
stola 15. Febr. 517. data. Papa eadem  
super re ad S. Cæsarium Arelatensem  
scripsit,*

Sæculum VI. scripsit, ut illi, & Episcopis Galliaë Illy. A. C. 517. ricorum reditum nunciaret. Mentio-  
nem injicit de aliqua in Orientem Le-  
gatione, quæ secunda fuerit, & eventum  
se expectare significat. Hæc Epistola  
data est sexta Sept. Florentio Consule,  
qui anno 518. ponitur; sed suspecta est  
hæc Dies.

## §. XXVI.

*Altera Constantinopolim Legatio.*

*Lib. Pont. in  
Hormisd.  
Ep. II.* **H**aud diu post istam ad S. Avitum da-  
tam Epistolam Hormisdas Papa Le-  
gatos suos secundo Constantinopolim i-  
ter ingredi jussit. Ad hanc Provinciam  
rursus delegit Ennodium Ticinensem,  
cui socium dedit Peregrinum Misena-  
tem, tradiditque ferendas Epistolas sex  
cum Libello, seu Formula, qua Schisma-  
tici reditum ad Ecclesiam profiterentur;  
præterea exempla novendecim Prote-  
stationis, quæ per urbes spargere debe-  
bant, si ipsorum Epistolæ non reciperen-  
tur. Epistola prima dirigitur ad Anasta-  
sium Imperatorem, quem Papa hortatur,  
ut quæ promisit, præstet, docetque,  
non satis esse, si Nestorium, & Euty-  
chem damnet, nisi etiam damnet Aca-  
cium, Auctorem enormis mali, & causam,  
quod Ecclesia Alexandrina in Schismate  
persistat, quo reliqua Orientis funesto  
fato usque in illam horam involverentur.

Secun-